Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

¶ Quocirca minus itaciora sunt ad habenda. ¶ Hec enim ex omnibus
admiramur. ¶ mirabile autem omne iocundum est. ¶ in metro
igitur multa id faciunt: commodeque ibi dicuntur. Nam
tam res quam pene de quibus habetur oratio: excellenti-
ores sunt. ¶ in oratione uero soluta cum causa minor
sit: multo paucioribus utendum. ¶ Nam ibi quoque si se-
nuis aut adolescens ornatiora dicat: aut de paruis:
indecorum esset. ¶ Sed est etiam in his minutatio in
minucio et incrementum decori. ¶ Quare oportet id
facientes latere ne fute dicere uideantur: sed in
nate. hoc enim uerisimilem facit orationem: illud
autem contrarium. Nam tamque in sidiantia uituperant
quemadmodum vina mixta. ¶ quod theodori uox
ad aliorum habet histrionum. ¶ illa enim eius ipsius q
dicat esse uidetur: hec alienum. ¶ Celantur autem fraude
si quis ex consuetis eligens componat: quod eupides
facit: et primus nouum statuit. ¶ Cum autem nominibus
atque uerbis constet oratio: utique nomina tot sunt quot
quot in arte poetica dicta sunt: ex eis pristis quide
et compositis, atque iteratis, nouis et fictitiis, raro et
paucis in locis utendum. ¶ Sed ubi: dicemus postea: causa
quoque dicta est. ad maius enim quam decorum est orationem extollit
¶ Propria uero et agrina et translatio solute orationis e
locutionem quemlibet: cuius signum est: quia solum his utuntur omnes
omnes enim translationibus et congruis et propriis collocuntur
¶ Quare patet si quis hec recte ponat: quoque oratio et cla-
ra et pristina uidebitur. et cum pristina latebit: que ora-
tionis oratorie vitium erat. ¶ Nominum uero que sunt eq
uoca: cauillatori conferunt. ¶ quinotationibus enim fraude
parat. ¶ que uero sinonima sunt: poetis. ¶ dico autem prop
ria et sinonima ut protagoras ait rere. Nam hec ambo et
propria et sinonima sunt administrem. ¶ quid autem unumquodque
horum sit: et quot translationis genera sint: et quoque plurimum
tam in re poetica quam in soluta oratione translationes possint: